

Q V A E S T I O M E D I C A .

Vtrum corpus humanum in Paradyso per solam insensibilem transpirationem, & fluorem possit se a superfluitate alimentorum liberare.

PRIMA CONCLUSIO.



HUMANA corpora in Paradyso easdē facultates haberent, quae nunc sunt in statu naturae vulneratae: nihilominus absque miraculo nullav gunt, aut alimentorum crassiori superfluitate gravarentur, sed per insensibilem transpirationem, aut evaporationem ab omni excremento magis tereno liberari potuissent. Hanc mentem esse. D. Thomae constat r. p. q. 97. art. 3. ad 4. *Quidam dicunt, quod homo in statu innocentiae non sumpsisset de cibo, nisi quatenus ei fuisset necessarium, unde non fuisset superfluitas, aut emissio: omnem illi emissionem superfluitatis negabat, propterea eos impugnat: sed hoc irrationale videtur, quod in cibo assumptio non esset aliqua facultas, quae non esset apta ut conerteretur in bonis alimentis, unde oportebat superfluitates emitti. Tamen fuisset divinitus prorsum ut nulla ex hoc indecensia esset: At nullus modus potuit de decens emittendi partes inconvertibiles alimentis, nisi per occultum fluorem, evaporationem, aut insensibilem transpirationem omnium membrorum, & praeterca aliter esset ratio inutilis: probare enim restabat non sufficere emissionem superfluitatum per fuliginosos spiritus, & perpetuum fluorem, & exhalationem a nobis procedente. Haec insensibilis transpiratio inconvertibilium partium alimenti possibilis fuit naturaliter, quae plures arbores nec folijs, nec ramis, nec cortice spoliantur, nec quid sensibilibiter superfluum emittunt, sed per solam evaporationem expediunt. Facilitate vegetativae arborum & hominum sunt eiusdem speciei, nunc perfectiores in plantis nonnullis, quam in hominibus: at pro statu innocentiae, & pro corpore Christi & Matris, perfectiores sunt potentiae vegetativae & nutritivae, quam omnium arborum & plantarum.*

SECUNDA CONCLUSIO.

ELEPHANTI qui biennio gestantur in utero, & parvuli qui novem aut undecim mensibus continentur in maternis visceribus, pro toto illo tempore excommuni Medicorum sententia nullas emittunt crassiores superfluitates. Dicunt illi natura quantitatem alimenti sumendam, quam converterent in substantiam propriam, & cuius partes superfluae, & inconvertibiles, per sudorem, aut insensibilem transpirationem eijciant. In Paradyso illustrati res essent facultates vegetativae hominum extra uterum maternum commorantium, quam nunc elephantorum, & puerorum qui in maternis visceribus continentur, atque adeo potiori, & eminentiori ratione eadem pro statu innocentiae dicenda sunt, & multo illustrati de corporibus Mariae & Iesu, quae eminentiori sunt condita. Nulla pars in alimento adeo est facultas & terrestrius, quae si non possit pro alimento deservire, saltem non queat per insensibilem transpirationem emitti. Probabilissimum est aurea alimenta & pulveres quibus nihil terrestrius, non solum medicamentum esse dum sumuntur, sed etiam alimentum. Corpus Christi Domini fuisse formatum, & assumptum cum praerogativis radicalibus status innocentiae de fide est, cum sexta Synodus actione 12. id confirmet. De corpore Virginis multo est probabilissimum etiam ab instanti Conceptionis radicalibus praerogativis iustitiae originalis posse differre.

TERTIA CONCLUSIO.

Sicut in Paradyso capilli aut vngues exerescent per nimietatem, essent in foelicis illo statu fabri ferrarii, metallarii, carbonarii, tonsores, foffores, bestarii, & denique illa innumera officia mechanica, quae consequuntur aut praecedunt munus faciendum instrumenta secandi, nec constaret communis sententia, qua dicitur, non tunc fore discrimina statuum, magistratum, munerum, & personarum: nec aliud etiam futurum opificium quam quod levi manu sit & tereno operaretur, & custodiret Paradysum. Et vero quae modo capilli & vngues per sensibilem, & excrementitiam superfluitatem non appaerent, sic facultates vegetativae hominum naturales, solum per insensibilem transpirationem a residuis, & inconvertibilibus alimentis se liberarent. Qui negare velit non esse possibiles facultates vegetativae hominum naturales, quae perfectiores sint quam in plantis, absque fundamento negabit, nec verisimilem coniecturam, quare id fieri nequeat consignare poterit. Quod si id possibile est, tribuendum erit incolis Paradyi, & maiori ex causa corporibus Mariae & Christi in iustitia originali aut quasi originali productis. Adiectos habitus aut qualitates supra naturale temperamentum, & facultates vegetativae, ut quae dixi convenirent, non admitto, imo expressis arbitror esse haec additamenta.

QUARTA CONCLUSIO.

VIRGINIS Thalamus per novem menses gravidationis, & in ipso partu absque miraculo mundissimus esse potuit ex vi praerogativae naturae, & facultatum, & inconvertibili per insensibilem transpirationem emissis, neque admodum quae dixerit (Cai. 3. p. q. 35. & alij) quidam de contractis sordibus. Vere, (Petr. Dam.) *Caro virginis ex Adam sumpta maculas Adae non admisit, & illud (Ildes.) Totam defaecavit a sordibus Virginem, & aliud (Cellenf.) Omnia & singula eius membra Lunae sunt puriora, & solis cariora, & aliud, (Thaum.) Quous auro quam tunc probato purissimum magis habes corpus, & illud, (Alb. Magn.) Corpus Dei para simillimum fuisse corporibus resurrectionis, & illud S. Brigitae a Sede Apostolica approbatum, (in revel. Extrav.) Licet natus non perfectissimam habuissimam vasculo simili convenis. Quae omnia exigit praeparatio corporis quae a Spiritu Sancto facta esse dicitur in oratione Beatae Mariae: *Corpus & anima eius dignum filij purpurata, id est valde etiam quoad corporaliam mundicia, & vero cum in facultatum, & temperamenti naturalis excellentia haec mundities conferri possit & per insensibilem evaporationem, & transpirationem, quaecumque obiecta diffusi queant, absque novis miraculis componuntur, quae Synodus Trullana, & Sancti Patres de purissimo partu praedicaerunt. Fortassis haec omnia in radice mirae Conceptionis, & formationis corporis Mariae, aut extra ordinaria, aut miracule dicuntur: vnum ea supposita productione, quae consequuntur, naturalia sunt.**

QUINTA CONCLUSIO.

CORPV S Virginis, de Purissimis, & Clarissimis elementis materiam habuit, quod in sermone Angelico scripsit S. Brigitta, nec admittit quorumque de hoc facti corpore a prima formatione, usque ad ortum scripsere Vincentius a Castronovo, Nicolaus de Finali, Vincentius Catalis, Rafael Profulcipo, quod magis omnium scriptores enuglarunt cum Divo Ildesio sermo de Nativitate Virginis: *Nasitur Maria extra consuetudinem mulierum modo conatione, & excellentia factum, & insensibili transpiratione naturalis fuit, & absque miraculo: Similiter fuit naturalis Christo Deo ea mundities cuius eadē S. Brigitta meminit lib. 4. c. 4. nunquam super Christum veritas venit, non perplexitas aut immunditia in capillis, &c.* Per superiora principia constant plura quae de corporum delituisse quin incederetur, absque vitiandecentia angustia loci ex communibus in eodem modo potentiae nutritivae: Constant etiam, quae de tunicula consuevit Christi, nunquam a principio infantiae ab illius carnibus se iuncta praedicantur & alia plura.

SEXTA CONCLUSIO.

MATRES acriter concurrunt ad generationem filij non solum quae Matris patres aut Patrimatres appellantur, quod sine coitum seu conceptio, ut de ad productione Iesu sonant verba omnium Patrum dicentium Mariam ad adiutorium masculini sexus exigunt, de h. Maria dicendum acriter concurrisse vires accepisse, non enim celatur quae mere passivae se habent sine dolore, id est eam Ecclia in illis verbis: *Virginis Matris Mariae corpus & anima, ut dignum filij sui habitaculum effici meretur, Spiritu Sancto cooperante praeparavit.* Cooperatus dicitur Spiritus Sanctus cum Maria atque adeo non potuit non Maria operari debuisse. Quoad efficientiam si concursum simul Paternum, & Maternum exhibuit dicendum est id supplente Spiritu Sancto effecisse, ut Matris pater acriter, quae modo dicitur fuit Patris in subministratio materiae: Verisimillimum est quod qua ratione Deus tribuit Mariae, ut Matris pater acriter, sic omnia tribueret ex virtute Spiritu Sancti, quae materiae paternae & maternae comitari solet: Supposita doctrina Patrum quae approbata, quae dicitur Mariae corpus purissimum, & clarissimum elementis in Anno productum: non potuerit inchoare vitam a temperamento Medico in foetibus, & adolescentiae, & iuventutem concurrerint.

Questioni respondent omnes conclusiones praeter sextam.

Defenduntur a Francisco Ioanne de Calcaes, sub Praesidio Doctoris Ildesphonsi a Suarez.